




60



J. II.
Q. D. B. V.

DE
R E M E D I I S
CONTRA
D E B I T O R E S O B-
ÆRATOS

PRAESIDENTE
A V G V S T I N O L E Y S E R O
IN AVLIS BRVNSVICENSIBVS ET LVNE-
BVRCICIS CONSILIARIO IN TRIBVNALI
GVELPHERBYTANO ADSESSORE IN ACADEMIA
IVLIA IVRECONSVLTO

PVBLICE DISPVTABIT
P E T R . A L B E R T . G I T T N E R
BRVNSVICENSIS
LL. CVLT.

D. XXIX. FEBR. clocXXVIII.

HELMAESTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

Я Н Е М Е Д И С

DEBITIONES OB
CONTRIBUTORUM

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA
ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS

ACADEMIA HISTORICO-MATHEMATICA ET PHYSICO-MATHEMATICA IMPERIALIS BEROLINENSIS



CAPVT I.

DE

DEBITORVM OBÆRATORVM
POENIS ET BENEFICIIS.

I.

Romani veteres creditoribus permiserunt, debitorem obæratum
vendere, necare, in partes scindere.

II.

Ea permisso aqua & humana fuit.

SOLO saepe mirari nimiam auctorum, ex quibus ius Justinianum compilatum fuit, in debitores obæratos misericordiam, quum tamen maiores eorum rigidissimi fuerint. Scimus nempe ex Gellii Noctibus Atticis lib. 20. cap. 1., Quintiliani Institut. orat. lib. 3. cap. 6. & Tertulliani Apologetico cap. 4. in XII. tabulis permisum fuisse creditori, debitorem, qui solvendo non esset, vincere, necare, vendere, aut, si plures creditores essent, secare, & corpus inter se partiri. Exstitisse vere talen legem certissime sum persuasus, nec credo, quempiam ad sensurum Heraldi de Auctore, rer. iudic. l. 2. c 25, Roberto rer. iudic. lib. 2. c. 6, Bynkershoekio Observationum lib. 1. c. 1. & Wachlero in Actis eruditorum anni 1710. pag. 73, qui Gellium, Quintilianum & Tertullianum erroris insimulant, atque verba XII. tabularum non satis intellexisse putant, ipsique ea vel de bonorum, vel de personæ venditione publica explicant. Quorum argumenta omnia, si recte considerantur, eo unice redeunt, tantam crudelitatem Romanorum veterum, tantamque inhumanitatem XII. tabularum, quarum æquitatem

tatem prisci auctores laudibus ad celum effrant, verisimilem non esse. At mihi vix verisimile est, argumentum tale in mente venire potuisse viris in antiquitatibus Romanis versatissimis, qui profecto duritiem priscorum Romanorum & iuris decemviralis ignorare nullo modo potuerunt. Numquid forte obliiti fuerunt, patres in liberos, maritos in uxores, dominos in servos ius vitae ac necis habuisse, potuisse liberos vendi, exponi, exheredari pro libitu, divortia maritorum arbitrio permissa, iudices formulis alligatos, manifestam aequitatem iuri stricto post-habitarum, litigatorem, qui vel in verbulo aberraasset, totam causam perdidisse, militem, qui rationem magis, quam iustum imperatoris, sequutus rem bene gesisset, capite plexum. Isthae & cunctum alia longe duriora sunt profecto, quam sectio debitoris obrerati in partes, quam ego iustissimam humanissimamque fuisse puto. Ludere me, forsitan existimas, & quod multi faciunt, animi & ostentationis causa, paradoxon proponere. Imo vero Deum testor, me serio loqui. Pauci anni effluxerunt, ex quo rex Prussiae lege lata debitoribus, qui foro cederent, crucem & laqueum minatus fuit. Quam ego legem, ut primum vidi, tanquam æquam & humanam statim laudavi, atque deinde, non exercitam fuisse, graviter dolui. Popularis nempe error est, principes hos pios ac misericordes esse, qui fraudatoribus, furibus, raptoribus facile veniam dant, atque hac impunitate maleficos alias ad similia perpetranda invitant. Ego vero hos immitissimos esse & securitatem publicam turbare credo. Nulla florentior est respublica, quam quæ severum & erga facinorosos inexorabilem principem habet. Nullum hodie scelus frequentatur magis, quam quo homines luxuriosi, postquam sua bona decoixerunt, alienas pecunias mutuo acceptas abliguriunt, perditique ipsi etiam credidores suos, homines bonos, sobrios, industrios, frugales, perdunt. Sciunt quippe, hoc sibi impune fore. At si furcam sibi paratam noscent, forte frugalius cautiisque viverent. Levis pena istos nebulones non satis coercet. Viderunt hoc Romani veteres, & ideo sectionem in partes permiserunt creditoribus, quod aliam rationem furorem mutuantium reprimendi & securitati publicæ consulendi non animadverterent. Sed inutilis haec se-
ctio

35

Elio creditoribus fuit. Esto. Etiam laqueus, quo fur strangulatur, lafo inutilis est, atque tamen boni publici caussa dictatur. Optime Sextus Cæcilius I. C. apud Gellium Noet. Att. lib. 20. cap. 1. Acerbitas, inquit, ulciscendi maleficii bene atque caute vivendi disciplina est.

III.

Iuris Romani circa carcerem debitorum historia exponitur.

IV.

Cessio bonorum in iure Iustinianeo omnibus debtoribus ex caussa civili, quamvis culpa & prodigalitate in inopiam inciderint, indulgetur.

V.

Novelle 135. auctoritas nulla est.

Antiquam illam, quam memoravi, de secando debitoris corpore legem Romani ipsi in usum nunquam deduxerunt, ut ii auctores, qui eius vestigium nobis reliquerunt, fatentur. Servitus tamen & iusvincendi relictum fuit, quod atrocissime exercitum Poetelio & Papirio Confl. abrogatum est, & lege cautum, ut pecuniae credita bona debitoris, non corpus obnoxium esset, & ne debitores in posterum necerentur, teste *Livio lib. 8. cap. 28.* Sed ea lex mox, ut *Freinshemius in Supplementis Livianis lib. II. cap. 26.* coniicit, per debitorum patientiam, inter angustias rei familiares nihil recusantium, neglecta est, ut quadraginta annis post eam renovari oportuerit. Verum nechac nova prohibitio diu observata fuit. Nam, Sylla dictatore, C. Popilio rogante, iterum vetitum est, ne debitores necerentur, & iussum, ut omnes, qui bonam copiam eiurarent, hoc est, bona sua creditoribus cum iureiurando indicarent & cederent, dissolverentur, quemadmodum *Varro lib. 6. de Lingua Latina* memorat. Quam legem de cessione bonorum renovavit *Cæsar*, ut ex eius libro 3. de Bello civili cap. 1. & *Suetonio* cap. 42, discimus. Post hanc Julianum legem desitum est a privatis creditoribus in debitores obæratos sacerdos, sed fisci tamen procuratores & publicarum functionum exactores carcerem, verbera & tormenta adhibuerunt, donec & his a Constantino & Constan-

stantio augustis obex in L. 2. C. de Exactoribus tributorum & L. 2. C. de Capiendis & distrahendis pignoribus positus præceptumque fuit, ut, omisso corpore, res solas caperent. At paulo post Gratianus in L. 1. C. Th. Qui bonis ex L. Iulia cedere possunt, cessionis bonorum beneficium non fisci solum, ut Iac. Gothofredus ad b. l. putat, sed privatis etiam debitoribus ademit, eosque suppliciorum acerbitatibus subiecit, nisi quis dilapidationem bonorum, aut latrociniis abrogatam, aut fortasse naufragiis incendiisque constatam, vel quolibet maioris imperii infortunio atque dispendio docuerit afflictam. Durior tamen hæc lex visa est Iustinianus, qui ideo eam in Codicem suum non retulit, sed debitoribus omnibus, qui modo ex delicto condemnati non essent, per cessionem bonorum se se a carceris molestia liberare permisit in L. ult. S. 4. C. de Custodia reorum. Falsum ergo est, quod vulgo credunt, de iure Romano eos solos ad cessionem bonorum configere posse, qui sine vitio tantum ex fortunæ adversitate ad inopiam pervenerint. Iustinianus hoc refugium omnibus, qui modo non deliquerint, fine discrimine aperit. Quin imo idem Iustinianus in Novella 135. eo misericordia progrereditur, ut debitores, nisi supina negligentia res suas amiserint, ad cessionem bonorum compelli vetet, atque saltem iureiurando obstringat, sibi nihil praeter victum & amictum quotidianum superesse. Istam tamen Novellam, veteribus incognitam, usu non servari, testantur Gudelinus de Iure novissimo lib. 4. cap. 16. Hahnus ad Wesembecinum tit. de Cessione bonorum n. 5. & Lynckerus in Analectis ad Struvii Syntagm. iuris civ. b. l. §. 32. Exposui hæc paullo copiosius, quod animadvertam, plerosque, & inter hos ipsum Iacobum Gothofredum, in explicanda cessionis bonorum historia satis accuratos haud esse.

VI.

Debitor, et si culpa sua obseratus, nec hodie in carcerem consici potest, nisi lege nova vel statuto hoc sit præceptum.

VII.

Lex generalis de debitoribus obseratis carceri mandandis ad eos tamen solos, qui culpa sua bonis lapsi sunt, restringitur.

Ex

EX his, quæ ante diximus, constat, debitorem obæratum, quamvis culpa & incuria sua bona perdidit, in carcerem tamen compigi non posse, nisi delictum concurrat. Verum singulari multorum locorum iure debitores obærati gravius coercentur. Prisci Saxones in Speculo suo lib. 3. art. 39. & Weichbildt art. 27. debitorum, qui solvendo non esset, creditori addixerunt, quod elector Saxonia deinde in Confit. 22. P. 2. mutavit, atque in locum servitutis privatæ carcerem publicum substituit. Inter Russicas leges, quas Meyerbergius Itineri suo in Moschoviam subiecit, æquissima est hæc in cap. 20. num. 38. 39. Si quis aliquem in iudicio de multuata aliqua pecuniarum quantitate per obligationem aut affecurationem convenerit, reus autem debitum fassus fuerit, aut per processum condemnatus, sed non habeat, unde solvatur, neque fideiisfores, qui pro eo spondent; tradatur actori, apud eum in servitio remansurus, quoadusque solverit. Pro servitio autem suo assignentur ei singulis annis quinque rubli excomputandi à debito suo: Fæmina vero, & virgini matura duo cum dimidio, filii autem eius decennio maioribus duo: minoribus nihil, quia non laborant; Cum vero per servitia sua totum debitum solverit, restituatur in libertatem. Si vero acto mortuus fuerit debito nondum plene extinto, serviat pro reliquo eius filii, qui pariter teneantur eum post integrum solutionem libertati sua restituere. Eam adhuc hodie usu vigere, testatur le Brun dans ses voyages pag. 46. Iure Lubecensi lib. 1. tit. 3. art. 1. electio creditori conceditur, sive bona occupandi, sive debitorem suum in custodiā publicam mittendi, sive eundem in domo sua retinendi. Taceo alia iura, quibus simile quid constitutum, quorum aliqua recenset Martini in Processu tit. 52. §. 1. n. 75. fqq. Et primi quidem istorum iurium conditores nullum discrimen inter cauſas, ob quas debitor bonis lapsus sit, fecerunt, sed omnes indistincte ad operas & carcerem damnarunt. At hoc deinde durius visum, & mutatum fere ubique est, In electoratu Saxoniae Io. Georgius I. in Ordinat. proc. tit. 52. §. 2. a carcere debitorum liberat omnes, quotquot solo fortunæ vitio ad incitas redacti sunt. Ius Lubecense primis temporibus ad omnes debitores sine differentia extensum fuit, ut ex Mevii commentariis ad Supra dictum l. patet. Idem tamen Mevius deinde in P. 8. decis. 389. temperavit istum rigorem, atque carcerem non aliter decerni pos-

fe,

se, nisi in eos, qui aliquo vitio suo ad inopiam devenerint, statuit. Atque haec sententia nunc generaliter recepta est, ut lex vel statutum, si quod de debitore obærato carceri mandando existet, et si generaliter loquatur, tamen de decoctoribus saltem & prodigis explicetur. Nec improbo profus mitem hanc interpretationem. Moneo tamen, hac interpretatione ius istud totum eludi, ac fere nunquam ad carcerem deveniri. Nullus enim fere bonis labitur, quamvis maximam eorum partem prodegerit, qui non etiam casum & calamitatem in aliqua parte passus sit. Hunc itaque casum ostentat, atque se fortunæ iniuria miserabilem iatitat. Nec sacerdotes, magistratus, amici, qui cum ipso olim laute vixerunt, testimonia frugalitatis ac sobrietatis ipsi recutant. Ita vero carcerem effugit, bonus cedit, & per occultas fraudes locupletior creditoribus suis remanet.

IX.

Quando de debitore carceri mandando agitur, probatio, quod bona sua prodegerit, non creditoribus, sed ipsi, quod fortunæ iniuria bonis lapsus sit, imponitur.

IX.

Liberatur tamen debitor obæratus a carcere, cui præter culam levissimam nihil imputari potest.

Nova nunc lis oritur, cuinam probatio imponenda sit, creditoribusne, qui debitori, quem in vincula coniuci cupiunt, prodigalitatem obiiciunt, an ipsi debitori, qui se fortunæ iniuria miserabilem ait. *Mevius p. 8. dec. 389.* creditores onerat ex hac ratione, quod quilibet presumatur bonus, donec contrarium probetur. *Contra Saxoniam elector in Ord. Proc. tit. §2. & DD. Saxonici fere omnes,* atque inter hos *Martini ad eum locum §. 4. n. 1.* debitorum causas, quæ ipsum a carcere liberent, in continent docere iubet, quia factum ab allegante probandum sit. Ego cum his sentio. Creditores scilicet legem pro se habent, quæ debitores obæratos ad carcerem damnat. Ex hac itaque simpliciter agunt, nec opus est, ut prodigalitatem aut luxuriam reiallegent. Reus vero exceptione casus fortuiti, quam vel ipsa lex vel usus fori regulae

* * * 9 * * *

gula supra dicta adiicit, se tuetur, atque adeo eam probare necessum habet. Atque hanc sententiam apud Lubecenses receptam esse, ex actis ad nos missis animadverti. In iis debitor obseratus iussus erat probare, se sine culpa sua bonis lapsum esse, & creditores cessionem bonorum a se factam acceptasse. priori membro satisfecisse visus est. Quod, et si posterius non probasset, sufficere credidimus ex ratione, quam sententiæ subiecimus. Evidem omniem culpam, saltem levissimam, declinare non potuerat. Apparebat, peccasse eum aliquando contra prudentiæ regulas, quas accuratissimi negotiatores observare solent. Sed percipimus illi tamen, nec credidimus, in caussa, quæ fere criminalis est, culpa levissimæ rationem habendam esse, sed excusari illum diximus, quod omnia fecerit, quæ homines media diligenziæ facere solent, arg. L. 63. §. 7. *Pro socio.* Sic itaque mense maiio anni clo Io cc xiii. iudicavimus: Würde Beklagter den ad Acta gegebenen Extract sub C. vermittelst Vorlegung der Handlungsbücher bestärken / so hat er dasjenige / was ihm zu bescheinigen obgelegen und er sich angemessen / zu Recht beygebracht / und wird demnach mit Ertheilung des wieder seine Person gebetenen Gang-Zeddels billig verschonet. Die beyderseits aufgewendete Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen gegen einander aufgehoben. V. R. W. Rat. dec. Klägere haben wieder Beklagten als ihren Schuldener umb Ertheilung eines Gang-Zeddels angesuchet. Dieser hingegen schützt sich damit / daß er ohne sein Verschulden in Abfall der Nahrung gekommen / Klägere auch in die von ihm geschehene Cessionem bonorum bereits gewilligt / folglich sich des Gang-Zeddels begeben. Beydes ist ihm zu bescheinigen rechtskräftig auferleget worden. Da entsteht nun der erste Zweifel / ob es nothig sei / alles beydes bezubringen / oder ob Beklagter / wenn er nur eines von diesen Punkten dargethut / dem Urtheil ein Genügen leiste. Das erstere wollen Klägere sonderlich aus dem in dem Urtheil erhaltenem Worte auch, welches eine particula coniunctiva ist / behaupten. Dahingegen ist aus den Rechten / insonderheit aus dem deutligem *Lege 53. de Verborum significacione*, bekannt / daß die particulae coniunctivæ öfters / wenn die Willigkeit solches erfodert / disiunctive verstanden werden müssen. Nun aber ist der Willigkeit und den gemeinen Rechten wie Klägere

selbst nicht ableugnen / gemäss / daß derjenige Schuldner / so durch bloße Unglücks-Fälle umb sein Vermögen gekommen / vom Gefängnisse befreyet bleibe / ungeachtet seine Gläubiger ein anders begehrten; welches auch in den Lübischen Rechten nicht aufgehoben ist. So giebt es überdies die Vermunft / daß es genug sey / wenn Beklagter nur den letzten Punkt / daß nemlich Klägere sich / durch Annahmung der Cession , des Haig-Zeddes begeben / beybringe. Diesemach muß nur darauf gesehen werden / wie weit er eines oder das andere becheinigt. Was nun anfänglich die Unglücks-Fälle betrifft / so machen die beyde folgende Argumenta einen vollen Beweis. Denn wieder den Extract mag / wenn solcher durch Vorlegung der bereits beschworenen Handels-Bücher bestärcket wird / nichts ferner eingewendet werden. Das Vorgeben / als ob Beklagter dadurch / daß er die verlohrne Schiffe nicht assicuriren lassen / ingleichen / daß er einem einigem Manne gegen 16000 thl. creditiret / eine grosse faute begangen / ist ungegründet / indem viel treslige Kauffleute ohne Assecuration in See handeln / und öfters noch grössere Summen einem wohlangesehenem Manne vorstrecken; So mag ihm auch nicht imputiret werden / daß er mehr / als er bezahlen können / aufgenommen / weil er bey Aufnahme der Capitalien den grossen Verlust noch nicht erlitten gehabt. Hiernächst machen die eydliche Zeugniß der drey ehemahls in Beklagtens Handlungs-Diensten gestandenen Männer / wieder der deren Person Klägere mit Bestand nichts anführen können / wenigstens / da der Eyd nicht corporlich abgeleget worden / einen mehr dem halben Beweis. Das letzte aus dem in dem aufgerichtetem Vergleiche befindligem Bekenntniß der übrigen Gläubiger hergenommene Argument ist zwar an sich so stark nicht. Jedoch mag es mit den übrigen zusammen geseket gar wohl in Betrachtung gezogen werden. Bey dieser Bewandtniß nun / da Beklagter den ersten Punkt genugsam dargethan / ist unnöthig auf die über dem andern geführte Becheinigung das Absehen zu richten / noch die Abschwehung des darüber dem einem Kläger deferirten Eydes aufzuerlegen. Demnach haben wir Beklagten von dem Gefängniß loofgesprochen / die Unkosten aber / weil Klägere starke Vermuthung vor sich gehabt / compensirt.

❀) n (❀

X.

Officium publicum decoctorem a carcere non liberat.

Inter causas, quæ debitorem obæratum a carcere liberent, com-
muniter hæc refertur, si respublica eius servitiis indigeat. Ita
Colerus P. i. de Process. execut. c. 6. n. 99, Mevius ad Ius Lubec. lib. i. tit.
3. art. i. n. 78, Martini in Processu tit. 52. S. 2. n. 24. Leges, quas Co-
lerius hic allegat, nihil ad rem faciunt, sententia tamen eius æ-
quissima est, & bono publico convenit. Sed ad hoc tamen, ut res
publica aliquis servitiis indigere dicatur, non quodlibet officium
publicum sufficit. Nam si hoc foret, omnes officiales publici impu-
ne luxuriam & prodigalitatem exercent; quod profecto indi-
gnum. Itaque servitum reipublicæ non aliter decoctorem a car-
cere liberabit, quam, si ostendat, ministerium suum patriæ adeo
necessarium esse, ut eo fine detimento suo nequeat carere.
Quodsi vero unus ex multis sit, quo deficiente non deficit alter,
minus ipsi demandatum eum non liberabit; quod eo magis vel-
rum est, quando illud, postquam obæratus esse cepit, impetra-
vit. Sic mense maio cl̄lo ccxiii. respondimus: Es wird Be-
flagtem die ihm von dem Rathé aufgetragene Voigtstelle zum Heil.
Geisie wenig helffen.

XI.

Cessio bonorum cursum usurarum nec inter creditores siflit,

XII.

nec debitorem cedentem ab usuris liberat.

Circa quæstionem, an cessio bonorum cursum usurarum siflit,
interpretes in duas partes abeunt, dum alii aientem alii ne-
gantem sententiam tuerintur. Medius inter hos *Mevius P. 7. dec.*
245. distinguit inter debitorem & ceteros creditores. Illius, in-
quit, liberatio ab usuris, cessis omnibus facultatibus, æqua est,
dum præstítit, quidquid potuit, & quia cessio liberat ab actione,
dum exceptionem præstat, qua istam elidit, *S. ult. I. de Replicat.*
L. 3. C. de Bonis auætoritate iudicis, at ut qua creditores & inter ipsos
definat cursus usurarum, non reperitur iure communi confit-
tum. Hæc *Mevius*, cuius temperamentum ego probare nulla ra-
tione possum. Et miror profecto, hoc ei in mentem venisse. Si

vel maxime distinctio ita locum haberet, inverti eam oporteret, atque dicere; per cessionem bonorum sitti usurarum cursum inter ipsos creditores. Nam per cessionem bona creditoribus communia sunt, ipsique in eorum possessionem veniunt, ac adeo usuras sibi ipsis debere non videntur. Interea quoniam debitum ipsum ante solutionem non perimitur, atque corpus istud commune bonorum personam debitoris representat, cursus usurarum nec inter ipsos quidem creditores sifit. Vide L. 18. *Qui potiores in pignore.* At quod ad debitorem res minus dubii habet. Errat Mevius, si putat, eum cessione bonorum liberari. Contrarium clare in L. 1. C. *Qui bonis cedere constituitur.* Actio nempe, quæ contra eum competebat ante cessionem, etiam post hanc perdu-
rat, sed, quia inanis foret, tantisper, donec cedens ad pinguior-
rem fortunam perveniat, quiescit, deinde vero creditores EX
INTEGR O experientur, ut Iustinianus in §. ult. I. de Actioni-
bus loquitur. Medio igitur tempore nec praescribitur actioni,
nec usura promissæ currere definunt. Sic Icti Helmstadienses
mense ianuario anni 1690 cc xvii. responderunt: Hat Christian
Fricke an. 1688. von Joann Bötzern 200. thl. erborget/ solche auch
bis an. 1695. richtig verzinset/ sich aber nach der Zeit mit Abführung
der Zinsen säumig erwiesen/ wodurch denn die Bötzherische Wittwe
Klage gegen ihn anzustellen bewogen worden/ da sie auch so viel er-
halten/ daß ihr Fricke den 3. Jun. 1704. 100. thlr. nachgehends/ als ein
Concurs wieder ihn entstanden/ der Käuffer seines subhaftirten Hau-
ses anno 1707. 216. rthlr. bezahlet/ worauf einige Jahre abgelaufen/
nach welchen Fricke wieder die Bötzherische Erben condicione-
nem indebiti wegen dessen/ was er auf das Capital und Zinsen zu
viel gezahlet zu haben vermeynet/ angestelle. Entsteht demnach die
Frage/ ob Kläger durch die sub B. beygelegte Quittungen klarlich er-
wiesen/ daß Beklagte auf ihr Capital zu viel gehoben/ und solches
wieder heraus zu geben schuldig. Nun ist zwar/ des Klägers Men-
nung nach/ durch den wieder ihn entstandenen Concurs, daben ges-
schehene Cessionem bonorum und erfolgte Immision in seine Gü-
ther der cursus usurarum gehemmet worden; bey welchem Umstände
es das Ansehen gewinnet/ ob sey die von Fricken angestellte condicione
indebiti liquid und Beklagte schuldig das zu viel erhobene heraus

zu geben. Alsdierweil aber weder der erfolgte Concurs noch die demselben gemeinlich vorgehende Immision und Cession den ordentlichen Lauff der verschriebenen oder sonst schuldigen Zinsen hemmet / sondern den Gläubigern dennoch freystehet / selbige ex bonis cessis zu foderin / bey welcher Bewandtniß nicht abzusehen / wie Tricke die nicht von ihm selbst / sondern aus seinen cedirten bonis nach Inhalt der Verschreibung an die Böttcherische Erben bis an. 1707. gezahlte Zinsen als ein indebitum wieder foderin könne; So hat derselbe durch die produciret Quitungen nicht vargethan / daß Beklagte auf ihr Capital zu viel gehoben.

COROLLARIVM.

Vniversitas etiam & civitas obærata ad cessionem bonorum rechte provocat; qua facta, membra eiusdem, et si ditissima, conveniri amplius non possunt. Vide Specimen CXXXI. de Debitis civitatum & collegiorum medit. 4, 5.

CAPVT II.

DE ARRESTO.

I.

Arrestum imperaturus duo demonstrare debet, debitum certum & periculum in mora.

II.

Liquiditas debiti non desideratur.

III.

Iudex, qui sine alterutro illorum arrestum decernit, tanquam suspectus recusari potest.

Ivdicem in decernendo arresto circumspectum esse debere, omnes aiunt. Constatre nempe illi ante omnia de duobus debet, primum de debito ipso, deinde de periculo in mora. Quod ad primum attinet, perhibent quidem vulgo, ostendi optere, debitum esse verum & liquidum. Ita Struvius in Iurisprudentia l. 4. tit. 16. §. 2. & Martini in Processu tit. 51. §. 3. n. 8. & 39. De debito vero & certo consentio. At liquidum non requireo. Scio,

arre-

arrestum decretum fuisse contra conductorem, qui partem mercedis in frugibus, fatente locatore, solverat, maximam tamen partem adhuc debebat, nec ad rationes computandas compelli poterat, sed discessum parabat; item contra emptorem mercium tabernariarum, qui debitum non inficiabatur, sed pretium a venditore statutum immodicum aiebat; porro contra heredem, qui res hereditarias ex oppido, in quo ius detractus receptum erat, exportare volebat. In nullo horum casuum liquiditas aderat, aderat tamen certitudo, atque adeo arrestum iure decernebatur. Alterum, quod demonstrari oportet, est periculum in mora, scilicet debitorem de fuga suspectum esse, aut bona sua prodigere, aut creditores alios omnia ablatores imminere. Vide *Mevium de Arrestis cap. 6.* Quodsi iudex sine alterutro eorum, quæ desideravi, arrestum decernat, iniurias est, *L. 32. de Initwiis*, atque suspectum se reddit, & caussa ipsi propterea merito aufertur secundum ea, quæ in *Specim. LXVII. de Indice suspecto medit.* 4. dixi. Ita indicavimus mensē septembri anni clo 10 cc xvi. In Appellation-Sachen des Chur Pfälzischen Geheimboden Raths / Herrns von Witzgenstein / Beklagtens und Appellantens an einem wieder den Königl. Preuß. Rath und Fiscal, Herrn von Groin / Klägern und Appellanten am andern Theil / erkennen Burgermeistere und Rath der Stadt Hamm ic. Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden / daß der verhengte Arrest wieder aufzuheben / und Beklagter sich vor dem Richter zu Bochum ferner einzulassen nicht schuldig. Er muß aber nach anderweit vorgehender Ladung in hiesigen Gerichten die zum Grunde der Klage gesetzte Documenta, wenn solche in originali gehührend vorgeleget werden / sub pena recogniti entweder salvis exceptionibus recognosciren / oder eydlich diffitiven / worauf weiter ergehet / was sich zu Recht gebühret. D. N. W. Rat. dec. Beklagter beschwehret sich darüber / daß der Richter zu Bochum den Proces gleich ab arresto, also von der Exsequition, angefangen und ihn nemahlen dazu gehörig vorladen lassen. Aldieweil nun der Arrest an sich etwas schimpfliches ist / also nicht ohne rechtmäßige Ursache von dem Richter erkannt werden muß / da denn insonderheit nöthig ist / daß derjenige / welcher umb Arrest ansucht / vorher ein periculum in mora, und / wie der debitor de fuga suspectus oder sein Vermögen

gen durchbringe / bescheinige / welches der Richter zu Bochum nicht in Acht genommen / sondern auf bloßes Begehrten des Klägers so fort des Beklagten / eines in wichtigen Ehren-Alembtern sitzenden und mit unbeweglichen Güthern angefeßenen auch de fuga und dilapidatione gar nicht verdächtigen Mannes / Vermögen arrestiret / demz nach solcher unrechtmäßige Arrest billig wieder aufzuheben ist. Bey dieser Verwandtniß haben wir / da einige Feindschaft zwischen Beklagtem und dem Richter zu Bochum hervorschinet / dieser auch / sonderslich in Verbengung des Arrests / zu weit gegangen / die Sache von Bochum ab ad iudicium secundæ instantiæ gezogen / und / daß der Arrest aufzuheben / und Beklagter von neuen ad recognoscendum vorzuladen sey / erkannt.

IV.

Contra debitorem notorie obseratum bonisque lapsum arrestum sine omni probatione decerni potest.

IN concursu quodam debitorum mense julio anni 1700ccxvii ad nos delato maxima erat inter eos, qui arresta imposuerant, de iure suo & loco præcipuo pugna. Nullus ex iis erat, cui non aliquid obiiceretur. Illius procurator arrestum obtinuerat, nec tamen mandatum exhibuerat. Alteri ad simplices preces iudex arrestum concederat, & nec exemplum quidem chirographi viderat. Alius periculum in mora non docuerat, quin nec allegarat quidem. Aliquis die feriato venerat. Adhuc alias, servente iam iudicio & curatore bonorum constituto, iudicem implorarat. Iudex tamen omnibus annuerat. In his turbis diu, quid faciendum, deliberavimus. Et initio quidem in eo eramus, ut omnia ista arresta iniusta & nulla declararemus. Sed vicit tandem sententia, sustinenda esse omnia. Videlicet iura, quæ iudicibus in decernendis arrestis summam cautionem præcipiunt, hoc maxime pro ratione habent, ne debitor honestus ac idoneus per arresta fidem famamque amittat, atque a confluentibus undique creditoribus, quibus singulatum forsitan satisfecisset, obruantur atque ad cessionem bonorum adigatur. Vide Ludovici Linleitung zum Civil-Proceß cap. 4. §. 4. At vero in praesente casu debitor iam diu, antequam arresta flagitarentur, ad incitas redactus fidem omnem perdiderat. Cessante itaque ratione, iudex impune

pune facilis in decernendis arrestis esse potuerat. Has igitur rationes decidendi dedimus: Weiter seyn die Arrestanten nach der Zeit/da sie den Arrest angeleget/gesetzet. Denselben wirfft Beklagter vor/ sie hätten die in den Landes-Gesetzen zu einem gültigem Arreste erfoderte Stücke nicht in acht genommen. Weilen aber die Verfassere solcher Rechte eigentlich deshalb so viel Requisita bey Anlegung eines Arrestes vorgeschrieben/ damit ein noch in Credit stehender Mann nicht leichtlich durch ungegründete Arresta in Miss-Credit und Ruin gebracht werde/ hingegen der jetzige Debitor, wie ihm die Arreste angeleget worden/ bereits völlig rumiret gewesen/ demnach die ratio obbesagter Rechte alhier cessiret/ überdies der Iudex, auf welchen es vornemlich ankommt/ die legitimaciones personarum und ad caussam einmahl vor richtig erkannt/ und die gesuchte Arreste angenommen/ wozu ferner kommt/ daß die Arrestanten fast insgesamt die Vorschrifft der Gesetze bey Anlegung der Arreste in einem und dem anderem Stücke nicht genau in acht genommen/ also feiner dem andern was sonderlich vorzuwerfen hat; Diesemnach seynd wir diese des Contradicitoris Exceptiones übergangen.

V.

Ob præsentissimum in mora periculum arrestum a procuratore, qui mandatum non exhibuit, impetratum subsistit.

Qum arrestum res magni momenti sit, atque arrestanti etiam, si est temere id obtinuerit, periculum parere queat, analogia iuris poscit, ut nemo alterius nomine id petere queat, nisi speciale mandatum exhibeat. Vide c. 4. de Procuratoribus in 6. & Martini Processum tit. 51. §. 9. Accidit tamen interdum, ut præsentissimum in mora periculum sit, atque procurator petitionem arresti sine maximo clientis sui damno differre nequeat. Tunc necessitas legem non habet, admittendusque est procurator etiam sine mandato cum cautione de rato. Et valebit arrestum, dummodo postea doceat, clientem sibi hoc mandasse. Consentit Bergerus in Oeconomia iuris p. 1170. n. II. Sic mensis septembr. anni 1510 CC XIX. iudicavimus ex his rationibus: Es entsteht bey den Formalibus des angelegten Arrests starker Zweifel / indem der Kägerin Mandatarius bey dessen Anlegung keine Vollmacht vorgewiesen/ und erst nachgehends fol. 30. eine wegen darinnen radirten dat. der Anti-

Anticipation halber etwas verdächtige produciret / auch das Curatorium noch bis dato nicht ad acta gebracht. Allein da bey Anlegungen der Arreste es öfters erfertig zugehet / und ein vollständiges Mandatum nicht so fort angeschaffet werden kan / demnach den Arrestanten hierinnen etwas nachgesehen wird ; So haben wir die formalia passiren lassen.

VI.

Arrestans de iure communi ius præcipuum præ alis creditoribus non consequitur, præterquam in ea re, quæ per arrestum servata fuit.

VII.

Iuribus Saxonico &c. arrestum hypothecam tribuit,

IX.

non aliter tamen, quam si ante motum concursum imponatur.

A rrestum de iure communi nullum ius præcipuum , nullam hypothecam tribuit, sed ceteris quoque creditoribus prodeft, L. 12. pr. de Rebus auctoritate iudicis, L. un. C. de Bonis auctoritate iudicis. Excipio tamen casum, quo per arresti impositionem res, quæ periisset aut exportata fuisset, conservata est. Tunc enim ipsa aquitas, ut arrestans in ea re creditoribus aliis , quamvis potiora iura habentibus, præferatur, poscit, & lex 10. §. 16. *Quæ in fraudem creditorum præcipit.* Saxones tamen, quibus Bohemi, Lusatii, Magdeburgenses, Halberstadienses, Anhaltini, Mindenses, Mellenburgenses aliquique adsentient, arrestantibus hypothecam tribuunt. Videas ergo in iis provinciis, simulac facultates alicuius suspectæ esse incipiunt, confluere creditores, & arresta certatim efflagitare, atque singulos, ut alter alterum vel momento anteuerat, enixe laborare. Ista tamen contentio non diutius permittenda est, quam quoisque concursus creditorum auctoritate iudicis initium accepit. Post hunc arresta recipi non debent amplius. Scio quidem, dissentire a me Carpzovium dec. 271. n. 18. sqq. atque arresta, fervente etiam concursu, donec sententia, quam vocant, classificatoria feratur, permettere. Sed contradicunt ei rectius alii, & inter hos Berlichius P. 3. dec. 365. n. 3. 4. qui recte argumentum ducit ex conventionali pignore, quod pendente concursu unus vel alter ex creditoribus in præiudicium reliquorum adquirere

non potest, L. 10. S. 13. L. 22. Quæ in fraudem credit. Secundum hunc itaque mense novembri anni 1510CCXIV. iudicavimus: Dass die sub n. 9. und 10. gesetzte Arrestanten dem von Montigny, Schreibern/ Matthia/ Röhneimannen/ Philipp Salomonen und Salomon Levi nicht vorzuziehen/ sondern in Ansichtung derselben vor bloßse chirographarische Gläubiger zu achten/ und dasjenige/ was sie zum voraus erhalten/ mit ihnen ohne Unterschied der Zeit und pro rata zu theilen schuldig seynd. V. N. W. Rat. dec. Von den 6. wieder das leßtere Urtheil eingewendeten Supplicationen seynd nur 3. von uns vor erheblich geachtet worden. Die erste ist einiger creditorum chirographariorum, welche sich darüber beschwehren/ daß ihnen die Arrestanten vorgesetzet werden/ da doch der Arrest moto iam concursus angeleget; demnach kein ius pignoris geben kan. Nun fehlet es zwar nicht an Rechtslehrern/ welche behaupten/ daß die Arrest-Suchung jederzeit noch vor Fällung des Classification-Urtheils statt finde. Allein es weisen andere mit besseren Gründen/ daß alsdenn/ wenn die Obrigkeit/ wie in gegenwärtigem Falle geschehen/ sich auf Ansichtung der Gläubiger bereits interponirt/ die Güter versiegeln lassen und in Besitz genommen/ also dem Concurs-Processe den Anfang gemacht/ die Gläubiger kein weiteres Recht zu arrestiren haben/ sondern die bona des debitoris nunmehr vor gemeinschaftlich zu achten seynd/ welches auch von dem Rath zu Minden in dem Vol. I. primæ instantiae fol. 13. b befindlichem Decrete selbst also erkannt worden; Dies seminach haben wir zwar Dietrich Störmern in der ihm angewiesenen 8. Stelle wegen des von ihm am 1. Febr. bereits angelegten Arrests gelassen/ den übrigen aber/ so n. 9. und 10. gesetzt worden/ auf erleget/ dasjenige/ was sie mehr als andere chirographarische Gläubiger bekommen/ mit den Supplicanten pro rata zu theilen.

IX.

Creditor oblatam pro remittendo arresto idoneam cautionem tunc, quum nomen presens & liquidum est, recte recusat.

X.

At in debitis illiquidis & altiorem indaginem desiderantibus creditor, qui idoneam cautionem accipere detrectat, in expensas & damna damnatur.

Vtraque thesis aequa est & convenit capitulo 23. X. de Verbor. f. gnif. Adde Martini Processum tit. 51. S. 1. n. 160. & 162. Quare nos

(2) 19 (2)

nos mente ianuario anni 1590ccxvi. sic iudicavit: Dass der verhengte Arrest gegen den von Beklagten bestellten Vorstand aufzuheben/ Kläger auch/ weil er solchen anzunehmen sich ohne Ursach geweigert / allen dadurch verursachten Schaden zu erstatten schuldig. V. R. W. Rat. dec. Was anfänglich die gebetene Relaxation des verhengten Arrests betrifft/ so muss man sich wundern/ wie Kläger darüber protestiren und den ihm angebotenen auch seinem eigenem Geständniß nach tüchtigen Vorstand refusiren können. Er schützt zwar vor/ er habe den Arrest füremlich deshalb/ damit er desto eher zu seiner Bezahlung gelangen möchte/ ausgebracht/ und würde solchen Endzweck nicht erlangen/ daferne man ihn Caution anzunehmen gründige. Allein dieser Prätext ist nur alsdenn zureichend / wenn die Schuld/ deshalb der Arrest angeleget worden/ offenbar und unstreitig und nur auf der Exsequition beruhet. Dahingegen des Klägers Forderung/ wie aus folgenden erhellen wird/ noch ziemlich zweifelhaft und in altiore indagine besteht. Diesenach hat derselbe die Caution anzunehmen/ und/ allen durch seinen Refus verursachten Schaden zu ersehen/ condemniret werden müssen.

X I.

*Remissio arresti accuratiorem caussæ cognitionem requirit,
quam impositio.*

X II.

